




Nr 61. — Valentinus Mathias
Bończa
Tomaszewski

Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Vladislaviensis seu Calissiensis, Ordinum S. Annae et S. Stanislai 1. Classis Eques.

Perillustribus, Illustribus, Rndsmis, Adm Rndis Praelatis ac Canonicis Totique Venerabili Capitulo Ecclesiae Nostrae Insignis Collegiatae Calissiensis, Significamus: Quia Nos virtutem, doctrinam et merita A. Rndi Theophili Jakubowski Decani Radomiensis, Curati in Wsola Dioecesis Sandomiriensis commendata habentes, Eundemque singulari Nostro favore et gratia prosequi cupientes, Canonicatum Honorarium Insignis Nostrae Collegiatae Calissiensis Eidem dandum et conferendum esse censuimus, uti quidem per praesentes damus et conferimus cum usu Rochettae, Mantoleti et Distinctorii, super fascia Coloris Violacei. — Requirentes Dominationes Vestras, quatenus praefatum A. R. Theophilum Jakubowski in Canonicum Suae Insignis Collegiatae recipiant et pro tali recognoscant, Stallo in Choro, aliisque emolumentis Canonicis Honorariis propriis, uti faciant et procurent. — In quorum fidem etc. —

Datum Varsaviae die 14. Mensis Januarii 1849 anno. —

Valentinus Episcopus

Marcus Kupienski
Can. Coll. Caliss. Regens Cancellae Epplis
Praepositus Tuszynensis